



Qvadrupartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

Grodzicki, Stanisław

Ingolstadii, 1609

Partitio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56003)

lum filium subiugalis. Euntes autē discipuli, fecerunt sicut praeceperat illis IESVS. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem caedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbae autem quae praecedebant, & quae sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini.

PARTITIO.

Partitionem Euangelij nostro proposito aptiorem non video, quam ratione personarum quae in ista sacra historia reperiuntur. Quarum prima & primaria est ipse Christus Iesus dominus noster, qui adduci sibi assellos iubet, qui ijs insidet, qui sic triumphum suum peragit. Deinde sunt Apostoli, qui non solum iussa Christi exequuntur, sed & addunt, quae illis demandata non erant. Est praeterea Euangelista Mattheus (imo omnes quatuor) qui factum narrat, & in testimonium Prophetam adducit. Sunt denique turbae, hic quidem morigerae, & quae Christo Messiae
multa

multa præstant honoris officia : at paulo post contraria, turbantur, mutantur, furunt, insanunt. Vtrumque recolit hodie Ecclesia, idem & nos illam sequentes faciemus.

Itaque TURBA ista fluxa, turbida, & turbulenta timorem nobis incutiet, monebitque ne illi similes esse velimus. Apostoli tum potestate accepta : tum iis quæ è suo addiderunt fidem firmabunt Catholicam. Evangelistæ, cum ea quam describunt historia (quam explicabimus & doctrinas ex ea hauriemus) spem erigent. Christus denique Iesus, & aselli quibus insidet, charitatem & pedissequam ipsius humilitatem ac ceteras virtutes, cum omnes tum vero personas religiosas docebunt.



CONCIO I. TIMOR.

TURBÆ.

Plurima autem turba.

Altera ab hinc Dominica mirati sumus, qui Ecclesia Christi tum temporis tristitiam cum lætitia duo sibi repugnantia eadem coniunxerit die : at multo magis nos hodie demirari oportet, quomodo eadem

Instituti Ecclesie causa tres.